

Neues Archiv

der

Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde

zur

**Beförderung einer Gesamtausgabe
der Quellenschriften deutscher Geschichten des Mittelalters.**

Siebzehnter Band.



Hannover.

Hahn'sche Buchhandlung.

1892.

Ein Brief des Chronisten Rudolf von St. Trond an Rupert von Deutz.

Mitgetheilt von F. W. E. Roth.

Rudolf Abt von St. Trond ist als Verfasser einer Geschichte seiner Abtei (628—1108)¹ und Rupert von Deutz als theologischer Schriftsteller und Geschichtschreiber bekannt². Beide Männer standen in Beziehungen, Rudolf war Mitanreger der Schrift Ruperts: Annulus um 1126³. Die Münchener Hs. clm. 12670 enthält diesen Annulus Ruperts und vorhergehend Blatt 1^v—2^v folgenden Brief Rudolfs von St. Trond⁴:

R. gratia dei abbas sancti Trudonis confratri et venerabili Tuiciensium abbati domino R. sic acceptum spiritum scientie conservare, ut et ceteris donis septiformis spiritus merearis abundare. Scripta tua, frater amantissime, non tam admirationi sunt quam debite venerationi propter querendam spiritus sancti gratiam, quam ex eis intelligunt abunde potenterque in te effusam secundum scientiam et sanam doctrinam. Quod cum ad distribuentis dei magis quam ad accipientis spectet laudem et munificentiam, dignas ei gratias contuleris et gloriam, si emulorum omnium parvipendens oblationem tibi collatam non segniter studueris prosegui scribendi gloriam. Quapropter rogo dilectionem tuam, si tamen grave aut superfluum esse non videbitur, ut animum et stilum luculenter sicut in ceteris apponas ad perficiendum dialogum tuum ad me nuper scriptum, quem sub monomachia christiani et Iudei de defendendo nostre fidei anulo compositum pulchre intitulaisti anulum. Ad perficiendum dixi, quia, si ita tibi placeret, si ita tibi videretur, utile fore existimarem legentibus, qui tardiores sunt de multorum voluminibus colligere, si adhuc adderes contra ipsum perfidum Iudeum testimonio scripturarum, quas recipit in eodem dialogo, ostendere ei personas sancte

1) Wattenbach, GQ. II⁵, 134—135. 2) Ebenda II⁵, 123. 136. 137. 237 und 347. 3) Ueber die Sache vgl. meine Monographie über Rupert von Deutz in der Zeitschrift: Die Katholische Bewegung in Unseren Tagen. Herausgegeben von Dr. H. Rody. XX. Jahrgang. Würzburg 1887, S. 843, n. 222. — Rocholl, Rupert von Deutz S. 207. — Bach, Dogmengeschichte II, 247, N. 19. — Aronius, Regesten zur Gesch. der Juden in Deutschland n. 219. 225. 4) Aus München mir 1886 mitgetheilt.

trinitatis et firmitatem individue unitatis. Et rationem redderes, cuius multam copiam tum ex divina in te effusa gratia tum ex sanctorum patrum scriptis habes, quomodo ad solum filium pertineat incarnatio, et quod¹ necesse fuerit eum incarnari. Et evidenti designatione temporum et principum obstrueres os eiusdem iniqui Iudei, qui illam propheticam sententiam 'non auferetur sceptrum de Iuda et dux de femoribus eius, donec veniat, qui m.² est', in domino nostro Iesu Christo veraciter completam, impie impatiens asserere nititur ante adventum eius diu fuisse completam, quia multis ante annis sceptrum et ducem filii Israel non habuerunt, et ideo quem suscipimus eum non esse, de quo hæc scriptura predixerat.

1) Hs. 'quid'.

2) D. i. 'mittendus', wie Genesis 49, 10.
